

Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

39. Doctoris Michaelis virtutes heroïcae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

& graduī Mandarinis , amicos in iis nostros recepimus , Christianos
suos defensores , quorum tamen (sic Deo placitum) vnum nobis hic
aimus abstulit , toties dictum , nunquam satis laudatum Doctorem
Michaēlem quo (si fortè Paulum excipies , nullus Societatis Pater
amantior ; Christianæ rei generosius exemplar ; & memoria dignus
quantacumque illum hoc anno valeo apud posteros ornare .

39.
Doctoris
Michaēlis
virtutes he-
repticas

Hunc P. Lazarus Cattaneus ab errore ad Dei notitiam translata,
nactusque animum intelligendi acumen , & amplitudine recte mentis
fingi ad sublimia , & magna idoneum , elaborauit illum peculiari col-
tu , eoque breui virtutis prouexit , ut suspicerent in illo Christiani re-
ligiosum virum habitu seculari , & Mandarinu ornatu Apostolum. Hinc
illa eius propriæ laus duplex , osores nominis Christiani , odisse peritus ;
æstimatores & amicos , tametsi ethnicos obseruare magnique facere.
Hancen denique ipsius patria tritum erat , inter viros Doctorem Mi-
chaēlem ; inter feminas Leonis vxorem ; eius aulæ esse sanctissimos ,
summiisque venerandos. Ex quo illi beata & immortalia , Christianam
luce patuerunt , & quæ illuc eniti necessariò deberet ; vidit simul quan-
tos afferre animos oporteret , ad tenendam constanter sanctimoniam
cursus propositi , & quicquid aliis fieret , sibi quanta secum pugnam-
dum violentia , qui annos quinque supra quinquaginta , in simulachro-
rum obsequio egisset , solutissimis voluptatibus inquinatos , nec pro-
clivitatem ad eas insanam , perinde aqua baptismi cluisset , ut Deorum
errores planè abstererat. Eam ob rem ad robur gratiae quam diuino ex-
fonte hauserat , confidebatque sibi fortiter ad futuram diffidentem sui
duramque adiunxit custodiā , & sanctam in corpus velut domesti-
cum proditorem jurauit barbariem , amotis procul non modo assuetis
quibus illud mulsiset illecebris , sed assiduo vexans domansque cilicio ,
sistensque se sibi habitu peccatoris. Cum enim Huguanam sub Pro-
tege administraret Prouinciam , tribunal consensurus cilicio moniebat
se , ut conferto coram de genibus populo , ipsisque adeò agnatis Regij
sanguinis tremendum , memor esset , se quoque peccatorem , & diu-
no reum adstante tribunali , nec illa terribili & superba (qualis est apud
Sinæ) throni sui ebrios maiestate insolesceret aliquando. Prius tamen
quam se rei cuiquam applicaret , quotidianus mane tempus non modicum
cum Deo exigebat , digerendaque illo teste dici totius ordinem ; sed
accessu ad lacrum epulum (quod nisi dicrum aliquot afflictionibus
variis paratus non solebat) precandi mensuram non describebat tempus
sed ardor animi ; iejuniorum formam & spatia more nostro , ac modo
retinuit semper , quanquam sibi etiam solitariis illis sui carnificibus
Bonziis ægrè tolerabilia , & priores duæ ieunij maioris hebdomadæ
in vertentem annum apud Sinæ cadant , flagrantque tunc , & natent
coniuixis ; nec ante annum septuagesimum , vilam adhibuit iejunio
suo moderationem , nisi monitu Patris quo animi sui ductore veba-
tur : quanta enim illi quicunque is foret religione pateret in omnibus ,

vel

vel hinc sit evidens, quod cum amicorum etiam intimorum, nullis
valuissimis obtestationibus adigi, ut suas Hancei quasdam aedes Guei-
cuno venderet, formidoloso illi, & irritabilis tyranno; acquieuit ex-
templo Patri venditionem suadenti; dumtaxat rogauit, satin fas esset
domos suas idololatræ vendere, quem haberet in usum ab eo conferen-
das; domabat ferè flagellis corpus d'uturnis & asperis, interdum etiam
publicis, in palatijs sacello cum omni familia, quam plus centum con-
flabant Christiani, & incredibili eius cura continebantur intra metas
decori, officiique Christiani. Cogebat illos statu quo mensibus tem-
pore ac die; leorsum viros; vxores in aula scorsum, vbi extra con-
spicuum, de diuinis auditent: ipse Patris sermonem excipiens, enuclea-
tus accommodabat eorum moribus, & necessitatibus. Alias puerorum par-
ingeniosum, Christianam doctrinam recitabat quam à P. Marco Geor-
gio in Dialogos conclusam, P. Rocca Sinensi lingua ediderat; Recita-
tionem interpuagebat Pater, elucidando vbi opus esset, subdendisque
salubribus monitis; honestabat Doctor Michaël sua præsentia, tan-
quam puer adhuc in Christi schola rudis. Verum enim vero egregias
itas priuatæ familij curas porrigebat in patriam Hanceum, in Pro-
vinciam Cechianam, & alias in quibus gesserat Magistratum, & in
Regnum denique vniuersum, quod piorum librorum diribitione innu-
merabili, ad Christi notitiam erudituit, gratuis suis, & liberalibus
in editionem illorum impensis, nec quicquam præterit quo posset
mortales ad Dei cultum perducere. Scholam aperuit selectis ex inge-
niorum flore iuuenibus iisque Magistrum excellentem honorario con-
gruo auctorauit, vt eorum quam posset plurimis, Christianorum in-
linuaret dogma, vel existimationem, & amorem, quo illos deinde
prouecti ad honores, fauore suo tuerentur. Imò cùm ars docendi lite-
ras, summis quoque hominibus apud Sinas honorifica sit, docebat
ipso met aliquos, quorum disciplina Christianismum sperabat hono-
randum. Illam item Gueicuno tam crudeliter inuisam Academam pie-
tatis & bonarum Legum, multos annos rexit, vbi centum & plures
Mandarini, viri grauissimi, expoliebant studio æquitatis, & mo-
rum præstantia, vt si minus fierent Christiani, euaderent saltem in
Christi legem prioniores, quæ longè plura & sublimiora de moribus,
& tradebat verbis, & re ipsa vinebat, cum Philosophia Sinarum uno
esset oculorum ludibrio, & probi specie contenta. Iam verò Deum
rationis instinctu certo demonstrati, & quidem vnum; non iis modo
per vnum ex Patribus, suadebat, euincebatque pressè & solidè, mem-
bris quam instituerat concione; sed asserebat ipse tam crebra & for-
ti disputatione, vt propterea libellos ad Regem accusatorios patere-
tur; & contentiones inimicas magnorum aduersariorum, quibus nun-
quam aded iactus est, vt vel digito gradum terra heret, quicquid sibi
tandem inde esset futurum: quin ut nihil sibi professione Christiana
gloriosius ducebat, ita nec eius assertione patienti; accumbebat in-
ter

ter Mandarinos conuiuio celebri , cùm variè vt sic vagatus sermo in eos incidit , qui tunc Hancei viuerent insignes viros , maximèque illustres ; sed in iis , ait ex conuiuis vnum , mi Domine , sine controuerbia eminebas , & tuis dotibus Hanceum coronabas ; nunc postquam ad illam transisti nescio quam à Domino cœli cognominatam legem , media ex parte decus illud præclarum obscurasti : cui grauiter simul & placidè Michaël ; præ illius , inquit , professione , Domine mi ! nihil facio quicquid in me laudatur , tuque , idem mecum opinor senseris , si eam tu quoque exploraris . Erubuit seilicet inopino responso , censor audax , alij tacite inuicem respectantes , aliò sermonem diuerterunt . Nec priuata hic solùm admonitione , & vrbana , ignorantiam imprudentis , emendauit Christiana generositate , sed etiam publicè , ubique res tulit , seditiosi populi posthabitis furis Christianam loquendi libertatem fernauit inuictus . Documento sit , ne aliis immores , quod ob impugnatam acerrimè superstitionem Sinis admodum sanctam , Hancei populus concutrit furibundus vt viuum subiectis palatio facibus combureret ; nec erat dubius facinoris exitus , nisi Doctor Martinus , grandi vit animo , parique pietate , manu armata occurrisset , intenti que hastis in furentium pectora , retrovertisset irruentes ; ad hæc anno eodem viceximo tertio nauigaturus in Prouinciam Huguanaam perculissimo flumine quod maris filium vocitant , nautas ethnicos acerbè inuitos , pro potestate inhibuit ne sacrificarent dæmoni fluminis genio . Horas aliquot nauigarant , cum nauis , vt sunt impositis dominibus præaltæ , velisque item altioribus aguntur , vento pulsa in latus decubuit funditus , emersis tamen quod esent ad ripam omnibus . Navi organis , in carinam sublata , & ex vasario Doctoris quod retrahi posuit , nautas denuo inuadit sacrificandi amenia ; vociferati hanc esse vindictam à spiritu fluminis , sacri sui omissione læso ; si vitam Michaël negliceret propriam , non inuideret alienæ , cur enim perire insontes cogerentur ; quibus Michaël , vt antea serenus , Male , inquit , in alios errorem vestrum deriuatis . Nullus præter ventum , nautum spiritus euertit ; nec sacrificii eger ventus , sed prouisione oculorum , & coniunctione velorum celeri , quibus è contrario ventorum impetu collegitis . Præter artem vestram à vobis nihil desidero , ea vitimi , & verò cautè deinceps illa vñ deelinandis ventorum flatibus prosperè apulerunt . In vasarij iactura quod solet tantis viris pretij esse non satis æstimandi , nihil ita doluit Michaël vt ieiuniatum sacram thecam ; opere triuiali , sed inclusi fiducia pignoris sibi carissimam , & ab uno & Patribus acceptam quam vt redimeret sperauit Deum preicatione dierum trium exorarum iri , & ecce triduum precando absolverat , cum ex altissimo annis fundo extractam sic recepit , vt si diuinibus boni Angeli manu ad eum referretur . Verum hanc orandi constantiam , quod valde admiror haecquam inuenio fuisse ab illo adhibitam , ad impetrandam Carolo filio suo vitam . Erat is apñorum iam quatuor

& trigesima , raris omnino dotibus præditus , & præterquam quod familia columen , in aulæ ambitu & cursu honorum , summos æquaturus . Spectabat parens septuagenarius abiectum à Medicis , attem fustra omnem in eo expertis , & noster sacerdos parentis dolore non minùs anxius quam periculo filij ; cœpit in vtrumque consolationem diuidere . At senex in tanti filij iactura , quam nulla natio formidolosius Sinenst exhortet , magno virtutis prodigio , de Carolo , inquit , nec volo aliquid à Dei placito diuersum nec sentio ; eius illam gratia & dono pos sedi ad annos triginta quatuor ; hunc si reperit modo , rem suam repetit , Dominus est ; atque una Pater ; qui nos apè nostraque omnia paterno affectu disponit . Hæc ille , nec oris alacritatem mutauit sanctus senex , sed pætulit etiam maiorem ex diligentia filij ad occupandum mortem prompta & facili ; confessione multis cum lachrimis obita , humi contendit deicetus in genua absolui , nec vetando sat fuit sacerdos nisi parentis auctoritas accessisset . Inde se bido prædicens motitum , (quod re ipsa euenit) sacro est oleo inunctus , sumptuque in manibus Christi morientis effigie , piis cum eo colloquiis , edendisque virtutum aëtibus teneritate mentis institit tam suavi , ut omnes cum illo vberim flerent . Triumphabat his Michaël , vidensque iam corpus examinum , mihi nunc , ait , filius natus est ; verè mihi hodie primogenitum meum donauit Deus . Beatum me filio beato patrem & morte tam pulchra aeternum viçturo ! Ornatu paulo post Doctoris , & Magistratus nota grauis sifit se nostro Sacerdoti , solita corporis proclinatione gratiam testaturus , impensa filio ad bonam mortem feliciter operæ , qua sibi pariter ut suo tempore adesset rogauit . Tum corpus filij pretiosissimum indutum , & precatoria Virginis corona , cruce , aliisque professionis Christianæ decorum insignibus , sarcophago clausit elegantissimo ; ac velut prælagus se quoque à meta non longè abesse , supremum sui erga Patres amoris experimentum dedit , quod esse prorsus excellentissimum oportuit ut antecelleret rationum suarum vitæque neglectui quo Patres non raro cogebantur eam pro illo sollicitudinem getere quam nostra causa ipse negligebat ; cum fidelitate in Christum ardens , existimaret , ipsius gloriam pari passu ferri cum nostrorum incolumitate : aluit domi per annos undecim suo sumptu , & periculo , quam multos ex nostris habere potuit , imminente sibi per octennium tyranno . Scin , à quo poterat eueri funditus in pœnam eius hospitijs quod illo ad ultimum gradu Colai moto , continuavit nostris , in eius oculis , quamvis tunc etiam valde meruendi , nec excepto destitit reliquis tribus annis , regnante licet pro libidine Gueicuno , illique ob Academiam de qua narrauimus capitaliter irato , & cui prouis nihil erat quam accusatum vel leuiter , præbiti externis , & à Rege pulsis , hospitijs de medio tollere . Quamobrem propinqui , & familiares , dolentes cum nostra causa semper in lubrico pendere , nullos metus & veros & fictos , nullas preces , rationesque omisere , quo extra discribem illam .

Y y y

40.
Eiusdem
perpetua in
Soc. & rem
Christ. me-
rita.